



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Avrel. Avgvstini Confessionvm Libri X

Augustinus, Aurelius

Coloniae, 1646

Cap. XVIII. Viam ad fruendum Deo, Christum se nobis præbuisse, per
humilitatis magisterium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10120

nugas. Qua in miseria consultissimum est cum S. D. vilitatem suam agnoscere, & se indignum quidem æstimare rerum divinarum meditatione: nihilominus tamen *retinere amantem memoriam, & mentem quasi olfacta cum gemitu desiderantem*, quo pacto mendicus ante fores divitis, ubi nidorem epularum percepit, cum suspirio eas delicias olfacit, ad quas fortuna sua & vilitas eum non admittit.

C A P. XVIII.

Viam ad fruendum Deo, Christum se nobis præbuisse, per humilitatis magisterium.

I. **E**T quærebam viam comparandi roboris, quod esset idoneum ad fruendum te: nec inveniebam, donec amplecter *mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, qui est super omnia Deus benedictus in secula, vocantem & dicentem: Ego sum via, veritas, & vita. Et cibum, cui capiendo invalidus eram, a miscentem se carni; quoniam verbum caro factum est, ut infantia nostræ lactesceret sapientia tua, per quam creasti omnia.* Non enim tenebam dominum meum Iesum Christum humilis humilem: nec cuius rei magistra esset ejus infirmitas, noveram. Verbum enim tuum æterna veritas, superioribus creaturæ tuæ partibus supereminens, subditos erigit ad seipsam. In inferioribus autem ædificavit sibi humilem domum de limo nostro, per quam subdendos deprimeret à seipsis, & ad se trajiceret, fanans tumorem, & nutriens amorem. Ne fiducia sui progredierentur longius, sed potius infirmarentur, videntes ante pedes suos infirmam divinitatem, ex participatione tu-
nicæ

II Tim. 2. *rer mediatorum Dei & hominum, hominem Christum*
5.
Rom. 9. 5. *Iesum, qui est super omnia Deus benedictus in secula,*
Ioan. 14. *la, vocantem & dicentem: Ego sum via, veri-*
6. *tas, & vita. Et cibum, cui capiendo invalidus*

Ioan. 1. *bum caro factum est, ut infantia nostræ lacte-*
14. *sceret sapientia tua, per quam creasti omnia.*
Non enim tenebam dominum meum Iesum Christum humilis humilem: nec cuius rei magistra esset ejus infirmitas, noveram. Verbum enim tuum æterna veritas, superioribus creaturæ tuæ partibus supereminens, subditos erigit ad seipsam. In inferioribus autem ædificavit sibi humilem domum de limo nostro, per quam subdendos deprimeret à seipsis, & ad se trajiceret, fanans tumorem, & nutriens amorem. Ne fiducia sui progredierentur longius, sed potius infirmarentur, videntes ante pedes suos infirmam divinitatem, ex participatione tu-
nicæ

nicæ pellicæ nostræ : & lassî profternerentur in eam , illa autem surgens levaret eos.

NOTÆ.

- a *Miscentem se carni, &c.*) Miscuit Christus divinitatem suam, cui capiendæ invalidi eramus, carni nostræ, ut nobis, quemadmodum ait S. Leo & humilitate congrueret, & divinitate præcelleret : nisi enim esset homo verus, non præberet exemplum. Lac nobis præbuit divina sapientia, & per humanitatis humilitatem depressit superbiam nostram : ut nos erigeret ad divinitatis amorem in terris, & perduceret ad ejus fruitionem in cælis. Serm. 1.
de nativ.

CAP. XIX.

In Christo se primum excellentis Sapientia autoritatem, item corpus & animam, non vero divinitatem agnovisse, quam Christi animam esse Alipius cum Apollinariis credidit.

1. **E**GO vero aliud putabam, tantumque sentiebam de Domino Christo meo, quantum de excellentis sapientiæ viro, cui nullus posset æquari; præsertim, quia mirabiliter natus ex virgine, ad exemplum contemnendorum temporalium pro adipiscenda immortalitate, divina pro nobis cura, tantam autoritatem magisterii meruisse videbatur. Quid autem sacramenti haberet; *verbum caro factum*, ne suspicari quidem poteram. Tantum cognoveram ex iis, quæ de illo scripta traderentur (quia manducavit, bibit, dormivit, ambulavit, exhilaratus est, contristatus est, fermocinatus est) non hæsisse carnem illam verbo tuo, nisi cum

Ioa. 1. 14.